

V, 82.

2.417a



CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVROVVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XXIII

VT
SVB. AVSPICIIS
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
D O M I N I
FRIDERICI. CHRISTIANI
MARGGRAFII. BRANDENBVROI. DVICIS. PRVSSIAE
RELIQVA

PATRIS. PATRIAE. CLEMENTISSIMI
CVRIANI. *AVDITORIVM. MAIVS. REFECTVM*
D. XXVIII. SEPT. POST. SACRA. MATVTINA
A. R. S. CIOCCCLXIII
ALIQVOT. ORATIONIBVS. VEL. VT. DENVO. INAVGVRANDVM
EDICAT

VTRIVS. Q. CVRIENSIVM. REI. PVBLICAE
PRO CERIBVS. CIVIBVS
QVA. DECET. OBSERVANTIA
GYMNASII. RECTOR
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS
CAESAREAE. FRANCISCEAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIAR
FAC. PHIL. LIPS ADSESS. SOC. IENENS. LATIN. ET. ALTDORF
TEVTON. SOC. HONORARIVS

~~~~~  
CVRIAE. REGNITIANAE

LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII  
GYMN. TYP

## Intersectio II.

## QVI HERMVNDVRORVM TERRAE FINES CIVILES?

## Particula VII.

## Index dictorum.

§. XXI. Ab HARVDIEVS?

§. XXII. Ab SEDVSIIS?

## §. XXI.

Nacti fumus huc vsque signiferos atque duces vestigia, quae pre-  
mamus, monstrantes, quibus nunc deficiamus. Restat enim,  
qua patet HERMVNDVRORVM ambitus et aditus. Eius explen-  
di occludendique faciamus periculum inde in confinem agrum  
facturi excursions. Eduxit aduersus Caesarem 1.) Ariouistus  
Germanorum pugnatuos *Harudes, Marcomannos, Triboccos, Van-*  
*giones, Nemetes, Sedusios, Sueuos.* Iam cum 2.) *Φρονίμου στρατηγού*  
*τὸ τάττειν ἀδελφούς παρ' ἀδελφοῖς, φίλους παρὰ φίλοις* ὅταν γὰρ ἢ  
*τὸ κινδυνεύον τὸ πλησίον πρὸς φίλες ἐρεῖν, ἀνάγκη τὸν ἀγαπᾶντα φίλο-*  
*κινδυνότερον ὑπὲρ τοῦ πέλας ἀγωνίζεσθαι*; qui maiorum nostrorum  
prudentissimus dux 3.) iam quidem negligeret *praeceptum fortitu-*  
*dimis incitamentum* 4.) eorundem, in quibus *non casus nec fortuita*  
*conglobatio turmam aut cuneum faciebat, sed familiae et propinqui-*  
*tates?* 5.) Nonne et iam nationes, quarum quaeque propior  
propiori magis adfuerat quam remotior? Visitemus supra recensitarum  
vnam quamque. *Marcomannorum* antiqua sedes dicitur in Germania  
prisca

1.) Ipso memoriae prodente in  
Comment. de Bell. Gall. Lib. I. Cap.  
LI, n. 2. quae propagauit Orosius in  
Histor. Lib. VI. Cap. VII

2.) Ex lege, quam fixit Onofander  
*Στρατηγικ.* Cap. XXVIII. cui teste  
Gen. de Zurlauben in Praefat. ad  
eundem p. 5. plurimum se debere,  
profreri non erabescerat heros no-  
stra memoria rei militaris peritissi-  
mus Mauritius Saxoniae Comes Gal-  
iae decus,

3.) Quem agnouit vel eius infen-  
sissimus hostis Caesar, cuius ex Com-  
ment. Lib. I. Cap. L. et LI si altius te  
cum reputes, nisi pluribus de eo dis-  
ferentem Cellarium de Bellis C. Iulij  
Caesaris aduersus Ariouistum audias.

4.) Quod exprimam verbis viri  
prudentissimi Taciti in German. Cap.  
VII, n. 4.

5.) Quam in rem vide, quae iam  
olim Bei neggerus in Quaest. Miscell.  
in Tacit. German. Qu. XXXX. et no-

prisca non hospitibus sed versatissimis 6.) ad Rheni et Danubii fontes fuisse. A quibus si Rhenum traieceris occidentem versus, incideris in *Triboccos*. 7.) Hinc si ad septemtriones inflectas gressus tuos, ducaris haud nimium longis ambagibus ad *Vangiones*, 8.) a quibus si pedem reuocas meridiem versus, *Nemetes* adieris, 9.) Transmisso in alteram fluiui ripam erunt obuiam siue *Catti* 10.) pro istis 11.) *Sueuis* forte collocandi 12.) siue veri *Sueui*, 13.) quorum natio nostri HERMVNDVRI. 14.) Quis nunc male vertat coniiicienti, 15.) neque reliquas alio coluisse ordine, quam in acie steterint? 16.) In huius principio HARVDES, 17.) quos ARVDES scripse-

K k 2

scripse-

uisime Cel. Schwebelius ad Onofrandrum excitatum, quem limatissimum ei ferimus acceptum.

6.) Cluuerio in German. Antiq. Lib. III. Cap. III. Cellario in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. Sect. III. § LXVIII. Iunkero in Introduct. ad Geograph. Med. Aeu. Part. II. Cap. I. §. III. p. 102. Spenero in Notit. German. Antiq. Lib. III. Cap. II §. III. Steffenso V. Cl. de Prisc. Incol. Teuton. Cl. III. p. 205. seq. et, qui de Boiorum Migrationibus peculiarem libellum dedit, Ioachimo Meiero. His addidit se comitem hoc ipso anno Schuhmacherus V. Pl. R. in libello de Orig. et Reb. Gest. Teuton. Sect. V. §. XXXX. p. 58.

7.) Iisdem, quibus antea, pene ducibus. Cluuerio Lib. II. Cap. XI. Cellario Lib. II. Cap. III. Sect. VII. §. LXXII. seqq. Iunkero p. 120. seq. potissimum Spenero Lib. VI. Cap. V. §. II. seq.

8.) Et hoc iisdem Cluuerio Cap. X. Cellario §. LXXXI. seqq. Iunkero p. 121. Spenero §. III. seqq.

9.) Quo tibi viam monstrabunt saepius laudati Cluuerius Cap. XII. Cellarius §. LXXXII. seqq. Iunkerus p. 106. Spenerus §. III. seqq.

10.) De quibus nuperrime §. XX.

11.) Supra a Caesare nominatis.

12.) Quod velle quosdam, iam Cap. I. Sect. II. Int. I. Part. II. §. III. monuisse me memini.

13.) De quibus satis Cap. I. Sect. II. Int. I. P. II.

14.) Quod demonstrat vberime ibidem §. V. seqq.

15.) Certo enim qui designaret eorum fines, incurreret in notam, qua Cluuerium Lib. III. Cap. III. eiusque sectatores Iunkerum p. 98. et 112. item Cl. Steffenium p. 206. sub g) notarunt Cellarius Lib. II. Cap. V. Sect. III. §. LXVIII. Spenerus Lib. III. Cap. II. §. III. sub (m) p. 165. et Cel. Reinhardus de Antiquissimis Franconiae Incolis. Consulat tamen et Cellarium de Bell. Caesaris, adu. Ariouistum §. III.

16.) Nam ducum varias esse rationes, cur alias atque alias copias

scripserunt 18.) de *H* parum folliciti, 19.) An nomen natum ex Celtico *aerawd* Saxonice *eorod*, quorum hoc *legionem*, illud vero *proelium* significauerit, 20.) in eorum sede exploranda nihil iuuabit. Neque nos morarentur, si Einfideliae Sincerorum, 21.) Constantiae ad lacum Bodamicum, 22.) Hardecacae 23.) fuerint. Nec *Herulos* post ea dictos fuisse, sibi facile quispiam persuaserit, 24.) nisi qui eorum sedem 25.) ignoret. Quod si vero turpius, HARVDES plane ignorare; 26.) nimium tamen sui confidens fuerit, 27.) qui inter eos atque Nariscos terminum statuit 28.) iuxta lineam ab fontibus Moeni ad opidum Ingolstat ductam, quibus finibus comprehendantur Franconiae ac Palatinatus superioris partes cum agro Norimbergensi, item Sueviae portio, qua opida Dunkelspuhel et Nordlingen. Fuerint tamen

collocent in principiis, alias in subsidiis, Spenero l. c. quis non ambabus, quod aiunt, manibus concesserit?

17.) Apud Caesarem de Bell. Gall. Lib. I. Cap. XXXI, n. 10, Cap. XXXVII, n. 2, Cap. LI, n. 2.

18.) Orosius Hist. Lib. VI. Cap. VII. et librarius Egmondani et Gottorpiensis codicum in Caes. de Bell. Gall. Lib. I. Cap. XXXVII. n. 2.

19.) Cuius exempla larga manu congesi ad Hermundurorum meorum Notit. Lib. I. Cap. I. Sect. I. §. V, n. 12.

20.) Vt censet Wachterus in Glosf. German. Tom. I. p. 948. et Tom. II. p. 1867.

21.) Quo collocarunt quidam indice Crusio in Annal. Sueu. Part. I. Lib. I. Cap. II. N. 22.

22.) Quo collocavit ipse idem Crusius,

23.) Et iam ex eiusdem indicio quidam.

24.) Vt sibi persuasit Abelius in Antiq. Teuton. Cap. I. §. XVII. p. 124.

25.) Quam monstravit de Ludewig in Vit. Iustinian. Cap. VIII. §. 79, n. 389. p. 380. seqq. optime cum Cluuerio in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXV. Cellario in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. Sect. II. §. LXIII, Junkero in Introd. ad Geogr. Med. Aeu. Part. II. Cap. I. §. III. p. 100. seq. Cl. Steffenso de Prisc. Incol. Teuton. Cl. I. p. 30. seqq. Noluit igitur Abelio isti suffragari de Falkenstein in Antiquit. et Memorabil. Nordgau. Tom. I. Cap. I. §. II. p. 3.

26.) Quod faretur Ortelius in Thef. Geograph. h. v.

27.) Iam supra n. 15. castigatus.

28.) Cluuerium puta Lib. III. Cap. III. et Junkerum p. 98 Cluueriana enim tantum repetiit Cl. Steffenso p. 206.

men confines Nariscis, 29.) si valent paullo ante 30.) a me adlata, quae validiora mihi quidem videntur, quam, 31.) quod postremi omnium in Galliam ad Ariouistum commigrarint, 32.) postremos et iam atque remotissimos omnium fines domi in Germania eos coluisse. Nariscorum autem proximi HERMVNDVRI. 33.)

## §. XXII.

Horum vicini igitur et circa confluentes Redonitii, Aischii et Moeni Franconiae fluminum 1.) fuerint, 2.) quippe qui 3.) *Suevis* adpositi, 4.) quorum natio HERMVNDVRI 5.) a Danubio Albim vsque se extendentes, 6.) SEDVSII, 7.) aliis 8.) SE-

K k 3

DVCII,

29.) Vt fuerunt Cluerio.  
30.) N. 6. seqq.  
31.) Vt cum Cluerio faciam.  
32.) Huius rei testem citat Clu-  
nerius Caesarem. Verum enim ve-  
ro eius euoluam Libri I. siue Cap.  
XXXI. n. 10. vbi *paucis mensibus*  
*ante ad Ariouistum venisse*, siue  
Cap. XXXVII. n. 2. vbi *is nuper in*  
*Galliam transportati* dicuntur; non  
dum tamen video postremos omnium  
aduenisse. Sed fac, ita esse; vt fit,  
eius adhuc aliae subesse potuerint  
causae.

33.) Quod demonstratum iui su-  
pra §. III.

§. XXII. 1.) In quo maximam  
partem Cluerio in German. Antiq.  
Lib. III. Cap. III. adsentiant Cellarius  
in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V.  
Sect. III. §. LXVIII. Iunkerus in In-  
trod. ad Geograph. Med. Aeu. Part. II.  
Cap. I. §. III. p. 112. Spenerus in  
Notit. German. Antiq. Lib. III. Cap. II.  
§. III. et sub (m) p. 164. et 165. de  
Falkenstein in Antiq. et Memorab.

Nordgau. Vet. Part. I. Cap. I. §. III.  
p. 4. Cl. Steffensius de Prisc. Incol.  
Teuton. Cl. III. p. 206.

2.) Si persuadere sub initium su-  
perioris §i propositis.

3.) Eodem §. n. 1.

4.) Vt et videre est in mappa Ger-  
maniae antiquae Cellarii, quam quam  
in ipsa eiusdem Notitia Orb. Antiq.  
cui eam inseruit, nihil prodat, quod  
Lib. II. Cap. V. Sect. III. §. LXVIII.  
fieri deberet, et vt factum Spenero  
in ea, quae eius Notit. German.  
Antiq. Lib. III. Cap. II. praefixa, nisi  
quod SEDVSI vltima litera abscissa,  
item in illa, quae in fronte Part. XVII.  
Historiae Vniuersalis a Britannis  
coeptae et Halae in vernaculam tra-  
ductae, vbi SEDVSIER picti. Fa-  
ctum autem et idem est in ipsa tra-  
ctatione p. 9

5.) Quod iam priori §. n. 14.  
monui.

6.) Vt et hoc iam probaui supra  
Sect. I, Int. I, Part. III, §. III.

DVCII, aliis 9.) SEDVNI a librario, vt fit, quia nobiliores, ex Alpibus 10.) in Germaniam nullo idoneo auctore traducti. 11.) Negligenti primam nationis literam EDVSES 12.) nati, vnde *S* in *R* mutato 13.) EDVRES. 14.) Nec plane inauditum illud *SH* in calce SEDVSIORVM Germaniae priscae. Fuerunt *Betasi* siue *Bethasii* 15.) immo et iam *Betasi*, 16.) qui et ex folleenni literarum *B* et *V* permutatione 17.) *Vetasi*. 18.) Sunt *Frisii*, 19.) Φρεισίοι, 20.) Φριςίοι

7.) Caesaris de Bell. Gall. Lib. I. Cap. Ll. n. 2.

8.) Codici, vt Gronouius putat, Abrahami Ortellii, quem hic Lipsio communicauerat, Thesauri Geographici compilatoris.

9.) Membranis Gortorpianis in excerptis, quae inspexi.

10.) Ibi enim esse ajunt expresse idem Caesar de Bell. Gall. Lib. III. Cap. I. n. I. item Plinius in Hist. Nat. Lib. III. Cap. XX. Plura dederunt Cluuerius Lib. II. Cap. VI. Cellarius Lib. II. Cap. II. Sect. III. §. CXXXVIII.

11.) Quos miratur Vosius ad Caesaris I. c. reponere Ciacconium.

12.) In MS. Orofio Vosii ex ipsius indicio ad Caes. Lib. I. Cap. Ll. n. 2.

13.) Quo nihil sollemnus, si consulas Wachterum in Gl. German. Proleg. Sect. III. sub *R*. Laurenbergium in Antiquar. sub *R*. p. 376. Vosium de Art. Gramm. Lib. I. Cap. XV. p. 65.

14.) Orofii in Histor. Lib. VI. Cap. VII. nescio an ab ipsius manu, saltim ab eius operis, item Freculphi teste Vosio ad Caesarem.

15.) Taciti in Hist. Lib. III. Cap. LVI. n. 6. et Cap. LXVI. n. 2. et 6.

16.) Plinii in Hist. Nat. Lib. III. Cap. XVII.

17.) Quod olim constabit ex meae Notitiae Hermundurorum Lib. I. Cap. I. Sect. I. §. I.

18.) Vt scripti existant in Notitia Dignitatum Imperii Occidentis sub dispositione viri spectabilis comitis limitis Saxonici per Britanniam in Graeuii Thef. Antiq. Roman. Tom. VII. p. 1939. ad quae Pancirolus Cap. LXXI. p. 1940. valde laborauit existimans forte legendum *Vetarastorum* a *Vetarastia* Galliae Belgicae vrbe; aut *Verustorum*, qui sunt Plinio Lib. III. Cap. XX. Italiae Alpinae populi, quorum neutrum huc pertinet.

19.) Plinii in Hist. Nat. Lib. III. Cap. XV. Taciti Annal. Lib. I. Cap. LX. n. 2. Lib. III. Cap. LXXXII. n. 1. 2. Cap. LXXXIII. n. 1. Cap. LXXXIII. n. 1. Lib. XI. Cap. XVIII. n. 1. Cap. LIII. n. 1. Hist. Lib. III. Cap. XV. n. 5. Cap. XVI. n. 3. Cap. LVI. n. 5. Cap. LXXXVIII. n. 3. in German. Cap. XXXVIII. in Agricol. Cap. XXVIII. n. 4.

20.) Dionis Casii *παρμακ.* 1508. Lib. LIII.



§101, 21.) quam notissimi. SEDVSIORVM autem vestigia adeo obliterata sunt, vt plane ignorentur, 22.) nec nominis eorumdem aliqua reddi potest ratio. 23.) Si quis autem in Bergenſi *Dusfeldorpio* aut Cluientiſi *Duisburgo*, nominis capite truncato, ea inueniſſe ſibi blandiatur; HERMVNDVROS noſtros numquam contigerint.

\* \* \*

Alemanni reſtant, quos, quod ſupereſt tabulae, non capit, quia id ſibi vindicant vitae aliquot noſtrorum, qui tempus ſuum ita collocarunt, vt ſupra ſcholam ſapiant.

IOANNES GEORGIVS PVTNERVS Iacobi Friderici V. Praenobilisſimi maioris negotiationis promouendae cauſa his terris in conſilium a binis annis Diuo FRIDERICO honeſtiſſime vocati filius ſecundo loco natus. Quo igitur ad exemplum Parentis, vt Puttneriani nominis, ita ordinis ſui inſignis Decoris, experiarur, quam felix ſit connubium Mercurii et Mineruae, Mineruae Curianae, quem ad modum olim Pater Optimum Fratresque negotiatores felicisſimi celeberrimique ſe ei permiferunt, traditus fuit formandus. Neque per quadriennium oleum et operam perdidimus, quin intelligeremus, eum eſſe Muſis gratum acceptumque, ſpemque conciperemus, numquam ex earum conſortio iri auulſum iam nouem meſes ſubſelliis maioris auditorii haud otioſe adſidentem. Eſt igitur, vnde ea relicturus vindicet illud Platonianum *negotatio maxime ingenium prodit* ſermone recentis Franciae occidentalis.

IOANNES GEORGIVS KRAVS natus in filiis primo loco V. Generoſo atque Iuris Conſultiſſimo Ioanni Matthiae, tum a ſecretis regiminis Sereniſſimi Principis et vrbiſ noſtrae Praetori Aequiſſimo, iam a conſiliis negotiorum mandatorum et Curianae prouinciae regundae ſecretis Spectatiſſimo, cui vt ſuboles ſimilis aliquando exiſtat, ſtudia pueri decennis extra limen domus


21.) Ptolemaei *Γεωγραφ. ΥΦι-  
γνη. Lib. II. Cap. XI.*

22.) Orteliano *Theſauro* h, v.

23.) Quam reddidiſſet ſane | Ger-  
manorum Ariſtarchus ille Wach-  
terus.

domus Splendidissimae erant proferenda. Circumspicienti autem magistros, qui eum honestis artibus imbuerent, paratum et prouisum erat Curianum, quod paternae aedes contingunt, cuiusque in doctores pariter ac alumnos nulla non fauoris ac beneuolentiae documenta edendi luculentissima nullam praetermittit occasionem Egregiorum Parentum Par Optimum. His ingenuae indolis adolescens a teneris adfuetus singulari ferebatur amore in nos, a quibus literas accipiebat. Hinc annos fere tres, quos in classe prima traduxit, adeo adhaesit lateri nostro, ut instar filii eum haberemus, numquam non admonitus, quibus imaginibus oneretur. Non defuit solitis exercitiis iisdemque publicis ita, ut in memoriam Martini binis abhinc annis *animum magnum Lutheri cum Caetano Pontificis Romani legato Augustae Vindelicorum colloquio congregientis* vernacula exponeret, et in natalicii quinquagesimis secundis SERENISSIMI FRIDERICI tum nostri *de morte principum nunc belli nunc pacis natali* non sine omine disereret togatus, quo habitu cultuque iam vltimum prodibit, *meditari in colendis artibus vramque facere paginam*, in commune consulturus, ex quo redeat in contubernium Patris Eruditissimi atque in respondendo de iure Versatissimi accincturi ad iura illa Ienae Erlangaeque tractanda in spem profapiae numerosissimae succrescentem vna nobis priuatisissimam datum operam.

ADAM CHRISTIANVS FRIDERICVS LOEWEL Marchartsgrunae haud procul a Neulino primum natus V. Nobilissimo Iohanni Christophoro in Fratris natu minoris superiori anno patriam migrantis locum dignissime subrogato a Diuo Principe mandatis rei metallicae per tractum Neulinentem obeundis. Integrum nouennium et, quod excurrit, in Curiano ita transiegit, ut ingenium literarum capax eluceret. Eluxit autem eo clarius, quo longius progrediretur. Luculentius postquam anno huius, quod agimus, seculi sexagesimo sub finem annuae lustrationis coetus scholastici in primum eius ordinem promotus fuerat. Luculentissime autem, cum non satis haberet, publice priuatimque imbibere, quibus adolescentium aetas impetiri solet doctrinis, sed et propius curatiusque alias gentes nationesque inuisere, auctorumque priscos non cuius obuios nobis




bis ducibus inspicere, aueret animus, quo pacto pariter fere omnes literariae nostrae supellectilis loculos impigre excusit cum suo, qui sequitur, auunculo saepe multas horas ibi delitescens. Nec defecit speciminibus qua solitis qua sollentioribus. Horum praebuit primum ipso anno, quo auditorium maius, ubi talia praebentur solent, erat ingressus, vernacula pedestri *Mubamedismum falsitatis* arguens; alterum superiori anno nominalia eheu vltima FRIDERICO tum patriae PATRI INDVLGENTISSIMO gratulaturus latina oratione, *quod adhuc nullus heroum BRANDENBVRGICORVM de Franconia nostra vel atrocissanis bellis implicitorum percussori succubuit, pro eorum lenitate* nestens argumentum omni exceptione maius; iam tertium vel exin, quod *olim in poenam metalla exercenda, eo grauius pretium statuet rei metallica* stilo ipsi rei conueniente poetico, simul vota nuncupans pro SERENISSIMO FRIDERICO CHRISTIANO fidere metallicis vt nullis non bonis artibus faustissime nuper orto, quae laetus in posterum soluat Salanae et Fridericianae Iure consultorum digesta prae ceteris versaturus.

GEORGIUS CHRISTOPHORVS LOEWEL paullo ante memoratorum superstitum Pari Dignissimo fratris natu maximi maior natu ipse. Erat autem Pater, dum viueret, Wolfgangus Fridericus per tractum Neulinensem rei metallicae magister peritissimus atque subterraneorum Dei munerum indagator sollertissimus. Is eripiebatur postridie nonas Decembres a. p. C. n. ciorccxxxvi. puerulis alteri illi bimulo, vix bimestri alteri Heinrico Christiano ante biennium a fratris latere ad officinam ferrariam procurandam auocato, educandi cura vnice relicta Matri de gente in nobis haud ignobili Schirmeria, quae suos optimis quibusque artibus, quarum ipsa haud rudis, imbuendi causa vix exemplo pari Curiam demigrabat, intra penates, quod ne patrum quidem omnes fuscipiunt, fuscipiens onus formationis puerorum humero plus quam virili. Et si vero eius haud tulerit fructum iam ipsis Idibus Aprilibus ciorccclviii. anni morte subita erepta, eius tamen educatio tam bene cesfit, vt iste prior cum primis


L1

per



per integrum decennium et quinque menses integer vitae scelerisque purus in adsequenda honestarum artium, disciplina-  
rum atque linguarum scientia maneret perditus et perniox ipse  
certissimum documentum, esse istas praesentissimum ad-  
uersus libidines, quibus tenerior aetas in breuia et syrtes  
abripitur praeceptis, remedium. Publice enim a magistris late-  
re, domi a libris et stilo se abstrahi aegre patiebatur. Nec  
deflexit secus, ac subinde fit, latum, quod aiunt, vnguem  
in examine publico anni *MDCCCLXI*, in primanos cooptatus,  
quin eius ederet specimina egregia, et in primis conscriptorum  
Patrum confesfu semel eodem anno Martini memoriam recul-  
turus latina prorsa laudaret *D. GEORGIVM Marchionem Bran-*  
*denburgicum cum ciuilibus artibus tum religione magnum Prin-*  
*cipem*, deinde anno post in sollennibus PATRIS patriae CLE-  
MENTISSIMI nataliciis *perpetuam Rusfos inter et Prusfos ami-*  
*icitiam* doceret. Iam *florem rei metallicae praecipuum ac certum*  
*Principis in suos Clementissimi signum* conspiciendum praebebit  
Marci nostri *Λημῆθους* adhibens, in iisdem academiis cum  
auunculo contubernali suo et in posterum sed Eusebiae arti-  
bus innutriendus.

Quin vero ego hos scholae nostrae legibus soluturus vrgeo  
occasionem, qua melior numquam reperietur, vt, quod, nisi mi-  
hi blandior, non omnibus auditum doceam, *rei metallicae praefe-*  
*ctum supremum per terras Brandenburgicas Franconiae nostrae sub*  
*initium nostri seculi confedisise hic Curiae*, item *antiquitatem Neuli-*  
*nensum secturarum aerariarum earundemque dotium praecipuarum.*  
Hanc ansam arripiam *reddendae rationis*, cur in ferrariis nunc  
*aculei nunc tubercula comparent vel vt prima ferri stamina, quorum*  
*diuersae aetatis* collegi et in medium proferam. Ea vero ad li-  
benter audiendum exciuerit auditorium recens  
elegantius.



Yb 4473

1078

ULB Halle

3


006 302 904



20







CVRIAM  
 REGNITIANAM  
 NON. NVLLO. IVRE  
**HERMVNDVROVVM**  
 COGNOMINANDAM  
 DISSERIT. XXIII

VT  
 SVB. AVSPICIIS  
 SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI  
**DOMINI**  
**FRIDERICI. CHRISTIANI**  
 MARGGRAPHII. BRANDENBVRGI. DVCIS. PRVSSIAE  
 RELIQVA  
 PATRIS. PATRIAE. CLEMENTISSIMI  
 CVRIANI. AVDITORIVM. MAIVS. REFECTVM  
 D. XXVIII. SEPT. POST. SACRA. MATVTINA  
 A. R. S. CIOIOCCCLXIII  
 ALIQVOT. ORATIONIBVS. VEL. VT. DENVO. INAVGVRANDVM  
 EDICAT  
 VTRIVS. Q. CVRIENSIVM. REI. PVBLICAE  
 PROCERIBVS. CIVIBVS  
 QVA. DECET. OBSERVANTIA  
 GYMNASII. RECTOR  
**PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS**  
 CAESAREAE. FRANCISCEAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIAR  
 FAC. PHIL. LIPS ADSESS. SOC. IENENS. LATIN. ET. ALTDORF  
 TEVTON. SOC. HONORARIVS

~~~~~

CVRIAE. REGNITIANAE
 LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII
 GYM. TYP

